



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Epistola XIX. Cæsar Baronivs Soranus S. R. E. Cardinalis Ivsto Baronio
Veteracastrensi S. Illustris Domine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

* Haeret. a hydra possit. * Macete virtute diuine vir, in
pud S. &c. orbe celebraris: Catholici te conditorem anti-
gust. Epist. 25. Et apud quærursum fidei venerantur atq; suspiciunt,
opsumvit. Et quod maioris gloria est, omnes hæretici dete-
Hieron. E- stantur; meq; pari persequuntur odio, qui con-
pil. 80 ad tra flantes ventos ardore fidei perstitti, maluq;
August. quantum Dominus gratiæ dedit, solus libe-
rari de Sodomis, quam cum pereuntibus com-
morari. Mogunt. Nonis Octob. M.DCI.

EPISTOLA XIX.

CÆSAR BARONIVS SORA-
nus S. R. E. Cardina-
lis

IVSTO BARONIO VETERA
castrensi s.

Illustris Domine.

SAVISSIMAS literas tuas accepi, quæ mi-
hi partim summam iucunditatem, par-
tim summum dolorem attulerunt; tū quod
perpetuam tuam constantiam, quam in re-
bus aduersis demonstras, indicabant; tum
quod ita te animatum esse significant, cu-
pere te omnes tuas exercitationes & studia
ad meam sententiam dirigere. Quod itaq;
ad primum attinet, benè facis, quod existi-
mes, nihil tam graue tamque molestem e-
uenire posse, quod à bona mente te possit
aut debeat auocare. Quod vero ad studium
genus amplectendum spectat, credo in

Theo-

Theologia te posse optimam operam collo-
care; ut fidem Catholicam, quam verè sus-
cepisti, scriptis etiam, ut incepisti, compro-
bes. Litteras quas ad ILL^{em} D. De canum pe-
tis, vñā mitto, teque ad proximum ver Ro-
mae videre desidero. Vale. Ex Vrbe. 12. Ca-
lend Nouemb. M.DCI.

EPISTOLA XX.

CLEMENS PAPA VIII.

DILECTO FILIO IVSTO BA-
ronio Veteracastrensi.

*Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam
benedictionem.*

IITTERAS tuas, & Apo-
logiam de tuo ad gremi-
um Catholic^z Eccle-
siæ reditu, quas ad nos
militi, libenti animo accepimus,
gratumque est nobis, quod præclara
erga te diuinæ misericordia benefi-
cia, & piè agnoscis, & magnifice
prædicas, & ad eandem veritatis lu-
cem, quam Spiritu Sancto auctore
inuenisti, alios adhuc tenebris in-
uolutos perducere studies. Non crit,

vt